



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta**

**Gallemart, Jean**

**Coloniæ Agrippinæ, 1621**

Decretum de Sacramentis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39157**

SESSIO SEPTIMA,  
CELEBRATA DIE III. MENSIS  
MARTII, M. D. XLVII.

*Decretum de Sacramentis.*

PRO O E M I V M.

**A**D consummationem salutatis de iustificatione doctrinæ, quæ in præcedenti proxima Sessione uno omnium Patrum consensu promulgata fuit; consentaneum vi sum est de sanctissimis Ecclesiæ Sacramentis agere, per quæ omnis verâ iustitia vel incipit, vel cœpta augetur, vel amissa reparatur: propterea sacrosancta cœumenica, & generalis Tridentina Synodus, in spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legatis, ad errores eliminados, & extirpandas heresies, quæ circa sanctissima ipsa Sacra menta hac nostratempestate, tunc de damnatis olim à Patribus nostris heretibus suscitatae, tum etiam de nouo adiuentæ sunt, quæ Catholicæ Ecclesiæ puritati, & animarum saluti magnopere officiunt, sanctarum Scripturarum doctrinæ, Apostolicis traditionibus, atque aliorum Conciliorum, & Patrum consensui inhærendo, hos præsentes canones statuendos, & decernendos censuit; reliquos, qui supersunt ad cœpti operis perfectionem, deinceps, diuino Spíitu adiuuante, editura.

DE SACRAMENTIS IN  
GENERE.

CANON 3. I.

Si quis dixerit, <sup>a</sup> Sacra menta nouæ legis non fuisse o-  
mnia à Iesu Christo, Domino nostro instituta; aut esse  
E 5 <sup>a Concil Flan-</sup>  
<sup>ren, in decre-</sup>  
<sup>tis Eugenii</sup>  
<sup>ad Arme</sup>  
<sup>plura,</sup> nos.